



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Gladiatores.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

opera. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.* Ps. 19. *Eunuchus potens Candacis Reginæ Æthiopum, revertebatur sedens super currum suum, legensque Isaiam Prophetam.* Act. Ap. 8. Opto, ut plures sint ejusmodi magni Domini legentes in curru ac itinere libros sanctos. Terribilis est visio illa eujusdam in extasi rapti; in qua obversabatur oculis magnus Princeps sedens in curru magnifico per montem celeriter vectus, & demum in abyssum præcipitatus. Sicut post ipsum ejus Ministri, quorum alii sex, alii quatuor equos ante currum habebant, Confessarius Principis duos, quem ipsius quoque Confessarius strigofso insidens equo sequebatur. Omnes interrogati, quò tam celeriter properarent, reposuere. Sequimur Principem; & pariter ex extima parte montis in abyssum præcipitati sunt.

### Gladiatores.

*Vives in gladio, dicebat Jacob ad Esau Gen.* 27. Hoc fatum est multarum familiarum vel gentium prædaticum ac Barbararum. Optimus digladiator est, de quo Gen. 3. v. 24. dicitur: *Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammrum gladium atque versatilens ad custodiendam viam ligni vite.* Ex ordine hoc Angelorum dicuntur *Cherubim* ab excellentissima scientia, quâ à Deo dotati. Et ideo per aptè hic ponuntur quasi vindices divinæ omnisciencie, quam Adam & Eva per esum pomi ambie-

368      *Pars secunda de elevatione*  
rant. Cherubim etiam custodes sunt ligni vite,  
ut ab ejus accessu imò conspectu arceant non  
tantum homines, sed & Dæmones. Nam hi  
tali amuleto & spe immortalis vita homines fa-  
cile ad suum obsequium & idololatriam per-  
traxissent. *Flammens* gladius dicitur à splen-  
dore & acumine, ut vibratus flamas & fulmi-  
na vomere videatur. *Versatilis* dicitur, quod  
aptus sit facillimè verti in omnem partem utpote  
aneps & utrimque secans. Sed hæc de gladio  
non materiali, sed metaphorico intelligendi  
sunt nempè de potentia & viribus Angelicis.  
Petrus etiam gladiator erat, & postquam dixe-  
rat *Luc. 22. v. 49.* Si percutimus in gladio, si  
percutiemus ne gladio? non expectato à Christo  
responso: *Percussit servum Principis Sacerdotum,* &  
*amputavit arriculam ejus dexteram.* Sed  
*Matth. 26. v. 52.* ei dixit Christus: *Converte  
gladium tuum in locum suum.* Omnes enim, qui  
aceperint gladium, gladio peribunt. Hoc alè  
cordi ducant ad rixas & extrahendum gladium  
adeo proni maximè dum incalvare mero. Con-  
tra hostes, si vi professionis tuae gladii usedi-  
cūs, ostende generositatem tuam.

*Portatores, Saltatores.*

*A*lter alterius onera portate, & sic adimpla-  
bitis legem Christi. Unusquisque onus suum  
portabit. *Gal. 5.* Tempus plangendi & tempus  
saltandi. *Eccl. 3.* Requiescent ibi bestie (itâ *Isaias*  
c. 13. prædicens excidium Babylonis per Per-  
fas)